



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

1. De excellentia SS. Sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

S DE  
n corpore  
o perpelli  
iis se con-  
rauis car-  
int , easq;  
quid ha-  
gere cogi-  
c , quibus  
qui nunc  
gloria il-  
lenuè imi-  
meditatio-  
n ob tem-  
& decet  
vercur-  
n

SS. EUCHARISTIA. 491

MEDITATIONES  
DE SANCTISS.

SACRAMENTO EV-

CHARISTIAE.

*Pro iis, qui crebrius communicant.*

MEDITATIO I.

*De excellentia Sacramenti Eucha-  
ristia.*

CONSIDERA in isto Sacramento conti-  
neri. Primò Christi diuinitatem, fontē  
gratiae omniumq; donorum spiritualium.  
*In Christo enim inhabitat, teste Apostolo,*  
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & *Col. 2.*  
omnes thesauri sapientiae & scientiae in eo sunt  
reconditi. 2. animam Christi, omnis sapien-  
tiae, gratiae, & virtutū plenissimam, omnes  
creaturas corporales & spirituales pfectio-  
ne superantem. 3. sanctiss. Christi carnem à  
Spiritu Sancto ex purissima carne, sanguine-  
que gloriose Virginis Mariæ formatā, &  
hypostaticè diuinitati vnitam 3. sanguinē  
sacratissimum, à Christo primum adhuc  
infantulo, dum circumcidetur, deinde  
verò

ME.

492 MEDITATIONES DE  
vero in ara crucis copiosissimè effusum, n  
tu discas quoque circumcidere & refecare  
prauos tuos affectus, & inordinatas animi  
perturbationes mortificare.

Considera, excellentiam huius sacra-  
menti posse nobis constare. Primo, quia  
Deus illud in veteri testamento præstan-  
tissimis figuris præmonstrauit, ut panis &  
vini à Melchisedec oblati Abraham, panum  
propositionis, panis subcinericij Heliaz-  
gni Paschalis, Mannæ arcæ fœderis, & fu-  
rinç Helizæi. 2. variis nominibus appella-  
uit in testamento nouo, ut panis, potus,  
carnis & sanguinis, Eucharistia, commu-  
nionis, corporis Domini, calicis, viatici  
sacramenti, sacrificij. 3. multis admirandis  
miraculis, variis locis & temporibus illu-  
stre reddidit. 4. quia angeli magno num-  
ero, ubi hoc sacramentum conficitur, & u-  
nerertia, ut loquitur B. Chrysostomus, affi-  
stunt, & supplices illud venerantur. 5. quia  
omnes. Patres multis laudibus illud pro-  
sequuntur, & pro nobilissimo mysterio  
mo omnium sacrificiorum veteris testa-  
menti complemento prædicant. 6. quia  
Ecclesia non solum quotidie illud con-  
cit, & ad venerationem conseruat, sed  
iam sollemnibus festis & processionibus

qao



S DE  
effusum, &  
& refecare  
natas animi  
  
uius facta-  
rimo, quia  
co prastan-  
, vt panis &  
ahæ, panum  
cij Heliza-  
deris, & fa-  
us appella-  
nis, potus,  
e, commu-  
cis, viauci,  
admirandu-  
mibus illu-  
gno num-  
citur, & u-  
tomus, affi-  
ntur, s. quia  
s illud pro-  
mysterio,  
teris tella-  
nt. 6. quia  
illud con-  
uat, sed de-  
cessionebus  
quo

S S. EVCHARISTIA. 493

quotānis celebrat. 6 quia nihil eque hor-  
tent dæmones ac Eucharistiam.

Considera miracula stnpenda, quæ sūt  
in hoc vno sacramento. Primō enim con-  
secratione à sacerdote peracta panis in  
corpus Domini, & vinum in sanguinem  
tranlubstantiatur, imò vtrumq; in totum  
Christum, vti iam est in cœlo. 2. accidentia  
panis, vt quantitas, figura & qualitates ibi  
manent sine subiecto. 3. licet hostia variis  
modis afficiatur, pugatur, comedatur, ca-  
lefiat, &c. nihil tamen inde patitur corpus  
Christi, quia est incorruptibile, sicut in cœ-  
lo. Quarto, vnu corpus CHRISTI non so-  
lum est in duobus locis simul, vt in cœ-  
lo & in altari, sed in mille, id est, vbi cunq;  
sunt hostiæ, s. nec solum est totus Christus  
cum carne, anima & diuinitate in hostia,  
sed etiam in qualibet hostiæ parte, si forte  
frangatur. 6. totus est in minima etiam  
particula, quæ speciem panis vel vini reti-  
net, cum omni sua quantitate & acciden-  
tibus. Et alia plura. Quæ omnia Chri-  
stus fecit ex solo amore tui, vt  
tecum esse posset, tibiq;  
prodeesse.

M E: